

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum castitas sit virtus? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

- ¶ Circa primum queruntur quatuor.
- ¶ Primo, utrum castitas sit virtus?
- ¶ Secundo, utrum sit virtus generalis?
- ¶ Tertio, utrum sit virtus distincta ab abstinentia?
- ¶ Quarto, quomodo se habeat ad pudicitiam.

## ARTIC. I.

728  
3. eth. le.  
2. 2. co. 2.  
fin.

*Vtrum castitas sit virtus?*

**A**d primum sic proceditur. Videtur, quod castitas non sit virtus. Loquimur enim nunc de virtute animæ. Sed castitas videtur ad corpus pertinere. Vicit enim aliquis castus ex eo quod aliquatenus habet ad usum quarundam corporis partium. Ergo castitas non est virtus.

**¶ 2** Præterea, Virtus est habitus voluntarius, ut ex c. 4. et dicitur in 2. Ethic. \* Sed castitas non videtur esse aliquod voluntarium, cum per violentiam auferri videatur posse tur mulieribus violenter oppressis. Ergo videtur quod habens, castitas non sit virtus.

**¶ 3** Præterea, Nulla virtus est in infidelibus. Sed aliqui infideles sunt casti. Nō ergo castitas est virtus.

**¶ 4** Præterea, Frustrus a virtutibus distinguitur. Sed castitas inter fructus ponitur, ut patet ad Galat. 5. Ergo castitas non est virtus.

**S E D** contra est, quod Aug. dicit in lib. de Decem cap. 3. à chordis\*, Cūm debeas in virtute præcedere uxori, me. 10.9. quoniam castitas virtus est, tu sub uno impetu libidinis cadis, & vis uxorem tuam esse vietricem.

**R E S P O N D E O** dicendum, quod nomen castitatis sumitur ex hoc quod per rationem concupiscendi castigatur: quæ ad modum pueri est refrænanda. **e. v. t. 5.** tet per Philos. in 3. Ethic. \* In hoc autem ratione humanæ consistit, quod sit aliquid secundum rationem modificatum, ut ex supradictis\* patet. Vide ar. 1. manifestum est castitatem esse virtutem.

Ad primum ergo dicendum, quod castitas consistit quidem in anima, sicut in subiecto, sed materiam habet in corpore: pertinet enim ad castitatem, ut secundum iudicium rationis, & electionem vo-

Jun.

luntatis aliquis moderate utatur corporalibus membris.

Ad secundum dicendum, quod sicut August. dicit in 1. de Ciuit. Dei \*, Proposito animi permanente, per quod eriam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori auctor sanctitatem violentia libidinis alienæ, quam seruat perseverantia continentia suæ. Et ibi- dem dicit \*, quod est virtus animi, quæ comitem habet fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quam malo consentire decreuit.

Ad tertium dicendum, quod sicut August. dicit in 4. contra Iulianum \*, Absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus. Absit autem, ut sit iustus vere, nisi vi- uit ex fide. Et ideo concludit, quod in infidelibus ne- que est vere castitas, neque aliqua alia virtus: quia, scilicet non referuntur ad debitum finem. Et sicut ibidem subdit, non officijs, id est, actibus, sed finibus à vitijs discernuntur virtutes.

Ad quartum dicendum, quod castitas, in quantum est quidem secundum rationem operans, habet rationem virtutis; in quantum autem habet delegationem in suo actu, connumeratur inter fructus.

## ARTIC. II.

*Virum castitas sit virtus generalis?*

A D secundum sic proceditur. Videtur, quod casti- tas sit virtus generalis. Dicit enim August. in lib. de mendacio \*, quod castitas animi, est ordinatus animi motus, non subdens maiora minoribus. Sed hoc pertinet ad quamlibet virtutem. Ergo castitas est generalis virtus.

¶ 2 Præterea, Nomen castitatis à castigatione sumitur. Sed quilibet motus appetitiva partis debet ca- stigari à ratione. Cùm ergo per quamlibet virtutem, moralè refrænetur aliquis appetitivus motus, videtur quod qualibet virtus moralis sit castitas.

¶ 3 Præterea, Castitati fornicatio opponitur. Sed fornicatio videtur ad omne genus peccati perti- bere. Dicitur enim in Psal. 72. Petes omnes qui-for- nican-

li 1. c. 18.  
post med.  
tom. 5.

Eiusdem  
1. lib. c.  
18. to. 5.

li. 4. c. 3.  
aliquan-  
tulum à  
prin. to 7

t. 20. post  
me. to. 4.